



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens à Juliano Apostata Jmperatore, perducitur vsque ad obitum
Theodosii Augusti: continet annos XXXIV.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 373. Damasi Pap. Annus 7. Valentiniani Valentis Im. 10.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14548

nichum vocarent. At quomodo qui lege prohibiti sunt in vnum conuenire, clauduntinos conuenus postea egerint, resque maxime abominandas perpetrarint, infestus dicti sumus.

CXIV. SAEZ GOTHIMAR. TYRIVM.

Hoc item anno, iisdemq; Consulibus, Saba Gothus, peruehente persecutione Arhanatici, de qua plura superius, martyrium consummavit: extant eius martyri Acta & quidem fidelia, in quibus haec in fine de tempore necis ipsius: Martyrio coronatus est quinta die sabbati post Pascha, hoc est, pridie Idus Aprilis, Valentiano & Valente Imperatoribus, Consulatum gerentibus Modesto, & Arintho, haec ibi: qua pariter die adscripta reperitur ipsius memoria in Ecclesiasticis tabulis, meminit eius quoque Suidas.

CXV.

Nec praetercundam, quod sanctus Hieronymus sub anno octavo absoluto, nono tamen inchoato Valentiani & Valentis Imperatorum (est hic ipse annus) in Chronico dicit: Presbyter Sirmy in quibusdam occiditur, qui Orlavianum ex Proconsule apud se laetantem prodere noluisse, haec ipse. Per simile namque huic factum de Firmo Episcopo narrat sanctus Augustinus ad Cosentium ita scribens: 'a: Quanto ergo fortius, quanto excellentius dices. Nec prolam, non mentiar. Fecit hoc quondam Episcopus Tagastensis Ecclesia, Firmus nomine, firmiter voluntate. Nam cum ab eo quereretur homo in sum Imperatoris per apparitores ab eo missos, quem ad se confugiendum diligenter, quanta poterat, occultauerat: respondit querentibus nec mentiri se posse, nec hominem prodere: passusque multa tormenta corporis: nondum esset erant Imperatores Christiani) permansit in sententia. Deinde ad Imperatorem ductum, vique adeo admirabilem apparuit, ut ipsi homini, quem serabat, indolentiam sine ulla diffidentia inperaret. Quod autem hoc fieri potest fortius & constantius haec sanctus Augustinus: ex quibus videas ac quorem erga Episcopum fuisse Ethnicum Imperatorem, quam contra presbyterum Valentianum, ab omnibus crudelitatis nimis condemnatum, huius autem Firmi dies natalis in sanctorum memoriam describitur habere videlicet Kalend. Augusti.

CXVI.

Hoc pariter anno de curanda Constantinopolitana bibliotheca Valens ad Clearchum eius Vrbis Praefectum ita scripsit: b:

bl. l. de fud. lib. c. Theod.

Quisquis ad bibliothecae codices componendos, vel pro vetustate reparandos, quatuor Graecos, & tres Latinos scribendi peritos legi iubemus, &c. Dat. VIII. Idus Martij, Modesto & Arintho Cofa.

IESU CHRISTI

Annus 373.

DAMASI PAP. VALENTINIANI IM. IO. ANNUS 7. VALENTIS

L

Valentinianus & Valens Augusti, quarto inchoato Consulatu, dedere nomen in Faldis anno Christi trecentesimo septuagesimo tertio, quo Romae celebratum est a Damaso Papa Concilium aduersus Apollinarem haeresiarcham, in quo & aliae grassantes in Oriente haereses damnatae sunt. Quod autem ad tempus spectat, cum excederint plane Synodi Acta, ex quibus id accipere licuisset, aliunde ratio consignati temporis petenda est: ad quam insinuandam, illud in primis meminisse oportet, ex tertia legatione Basilii ad Damasum missa anno superioris, inter alia (vt vidimus) significatum esse de haeresi Apollinaris damnanda, quae haecenus nulla cohibita lege Ecclesiastica, libere ab auctore Antiochiae doceeretur: imo quod auctor vii paeq; erudicus existimaretur, ac proinde qualis vera esset, ignoraretur: non Basilium tantum & Gregorium Nazianzenum, sed etiam Damasum atque Hieronymum (vt dictum est) ad praesens vsque tempus cum homine ad litterarum consuetudine saltem communicasse certum est. haeresi autem eius cuius explorata, quam primum Orthodoxi Orientales sese ab eius com-

Generis ROM. AD. VARSIA. POLINA. REM.

municatione disserere, de quo ipso sanctus Basilus ad Damasum scripsit anno superioris: qui acceptis ea de re a sancto Basilio literis, aduersus Apollinaris haeresim Romae Concilium conuocauit, res enim haud longiori mora retardanda erat, ne patientia Damasus, cum eo communicantis mutuae cum Apollinare societatis suspitionem afferret. Rursus vero quod eadem Apollinaris haeresis Romae damnata esse dicitur a Damaso atque Petro Episcopo Alexandrino Romae tunc existentis: cum eisdem Petri Romae aduentum ex persecutione Arianorum concitata post ingressum Lucii Alexandriam, contigisse oporteat prope finem anni superioris: iure in praesentem annum, idem Romanum Concilium referri debet; de quo Sozomenus: Haec quidem Apollinaris haeresim apud multos ferpere Damasus Episcopus Romanus, & Petrus Episcopus Alexandrinus certiores facti, primum omnium Concilio Romae conuocato, eandem alienam esse ab Ecclesia Catholica pronuntiarunt. haec ipse atque haecenus quo ad tempus.

Quod autem eius Synodi Acta penitus excidisse videntur: ex fragmentis hinc inde petitis, quantum fas, restitutum in integram. Ac primum illud non ignorandum, Vitalem Antiochiae agentem patronum haeresis Apollinaris, ea de causa in crimen vocatum, ad dicendam causam apud Damasum Romae se contulisse, et quid illeque Catholicae fidei formulam, seque iniunctae haeresis accusatum exclamasse. Cum igitur fidei libello edito, vt Catholicus probatus esset, ab eodem Romano Pontifice sic acceptus est, vt eius causam Paulino Antiocheno Episcopo cognoscendam delegauerit, libellumque ad eundem Paulinum dederit: cui Vitalis subscipit: quod postquam a Vitale factum est, in communionem Catholicam fuit acceptus. Sicut igitur Vitalis, Damasus communionis virtute, ab aliis quoque Orthodoxis in communionem admittitur, & inter eos a Gregorio Nazianzeno: qui postea eius rei causa insinulatus, ad Cleodimum d. scribens, se se apud eum excusat: Ne autem nos, inquit, hoc nomine accusent, quod Vitalis, vni nobis carissimam fidem, quam ita postulante Damaso Papa Romae Episcopo, literis consignatam edidit, primum quidem probauerimus, nunc veriprobationis: de hac quoque re pauca differimus, &c. post multa vero: Quoniam igitur eadem voces, si recte intelligantur, cum potestate committenda sunt, si perperam exponantur, impetate non careant: quid mirum, si Vitalis quoque verba non quidem, ita suauitate voluntate, in primum sensum accepimus, alij vero ad eorum, quae scripta sunt, inuentem exasperantur & inflammantur? &c.

Quenam igitur fuerit Vitalis Romae edita fidei confessio, vt ita a Damaso minime reuiceretur, ex iis, quae ibidem Gregorius Nazianzenus habet, satis apparet. Quod enim Vitalis atque Apollinaris eius magister haeresis accusarentur, quod affirmarent Christum fuisse mentis expertem, carnemque tantum ab seque mente suscepisse humanam: cum ipse Vitalis discretis verbis sua fidei professione confessio esset in Christo sicut carnem, ita & mentem: quisnam in tam aperta confessione credi poterat laqueus occultari? Sed latentem dolum aperit eundem ipse Gregorius, cum ait: Pias quidem diliones constituit, primum circa mentem in dolum struunt, non quidem animae, nec rationis, aut mentis expertem, nec imperfectum hominem constituit, sed eorum animae ac rationis ac mentis loco diuinitatem inducunt. & in fine: Christum mentem habere prae se & per quam stolidi interpretantur, mirum pro Christi mentem diuinitatem significari contententes, non autem hunc locum more nostro exponentes, &c. At quid faciendum fuisset, quae res, si verba pia atque Catholica falsa interpretatione Vitalis callide contempisset, falsoque intrasset?

Audiamus ab Elia Crezensi f. totam hanc de Vitali Romae causam actam, cum eam his verbis enarrat: Ille igitur Vitalis cum apud beatissimum Damasum (erat autem hic vester Roma Episcopus) tanquam Apollinaris scilicet accusatus suscipere sententiam illi Episcopo, vt fidem suam exponeret, eam scripsit mandatum edidit. Et quia prima fronte recta & sana esse visa est: idcirco & Damasus, & tunc diuinus hic magister, nec pete Gregorius Theologus, eam admiserunt, quod aditum & occultam fraudem nullo modo deprehendissent, nec veritatem malignitatem sub verbis latentem animaduertissent. Item in suo de

Gr. L. 6. c. 25.

II.

Gr. Naz. Cleod. ad surm. d. poll. sp. 2.

III.

Gr. Naz. vii. i. p. 1.

IV.

Elia Cr. ten. apud Gr. g. Nat. p. 2. ad Cleod.

VII.

file

file libello duntaxat scriptura verba sine ulla depravatione collocavit, nihil profus immutans, nec orationis seriem adulterans: at veritate sententiam apud eos, qui sincero erga ipsam animo erant, pervertere minime desinere: et frangere videlicet & invertere, atque ad heresis sue sententiam obtrita collata abire. Quod igitur statim ut dolim sententiam, si adulterant ac versantur hominem, ut merebatur, ab Ecclesia proficerent. Quo nomine cum ab his, qui mutationis totum causam minime cognitam habebant, in crimen recerentur: idcirco ut sanctus adductus est, ut & pro Damaso Roma Episcopo, & pro se ipsi causam diceret, hac Elias de his, quae ad historiam pertinent. Ceterum constat, nequaquam Romae a Damaso tunc susceptum esse Vitalem, probatamque penitus eius confessionem, sed eius causam delegatam fuisse (ut diximus) Paulino Episcopo Antiocheno: quod sane Damasi indicant litterae postea ad Paulinum ipsum datae: extant ipsae, quibus eiusmodi affixus est titulus: ad Paulinum Antiochenum Episcopum de fide & libelli formula, cuiusmodi qui ab heresi venerantur, debeant profiteri.

Dilectissimo fratri Paulino Damaso.

Per filium meum Vitalem ad te scriptura direxerant, tua voluntati & tuo iudicio omnia derelinquens; & per Petronium presbyterum breviter institueram me in articulo iam professionis eius aliquid ex parte committitur. Unde nec aut tuis scripturis resideret, & volentes forsitan Ecclesiae copulari tua cautio probanda disseret: si deum nostram iustitiam non tam tibi, quaevis fidei communitate solentis, quam his, qui in ea subscribentes tibi, id est, nobis per te voluerunt sociari, ad id ipsum frater. Quapropter si supra dictus filius meus Vitalis, & qui cum eo sunt, tibi voluerint aggregari: primum debent in ea expositione fidei subscribere, quae ad Nicaenam pia Patrum voluntate firmata est. Deinde quoniam nemo potest futuris vulneribus adhucere medentem, ea heresi re adicanda est, quae postea in Oriente dicitur palliata. Id est, consistendum ipsa sapientia, Sermon, Filium Dei humanam suscepisse carnem, autem, sensum, id est, integrum Adam, & expressum diuinitatem totum veterem nostrum, sine peccato, hominem. Sicut enim consistens cum humanam carnem suscepisse, non statim et humanam virtutum adiungimus passionem: ita & dicentes eum suscepisse & homini animam & sensum, non statim dicimus & cogitationem eam humanam in subiacuisse peccato. Si qui autem dixerit, Verbum pro humano sensu in Domini carne versatum hunc Catholicam Ecclesiam amare demeritat, necnon eo, qui duos Salvatores filios confiteratur ad eum, alium ante incarnationem, & alium post assumptionem carnis ex Virgine, & non unum Dei filium, & ante & postea confiteatur. Quoniam huius epistole subscribere voluerit, ita tamen, ut in Ecclesiasticis canonibus, quos optimo nosse, & in Nicaenam fidei ante subscribere: hanc habebit absque aliqua ambiguitate suscipere. Non quod haec ipsa, quae nos scribimus, non potuerit in eorum sententiam suscipi, ut proponere: sed quod tibi consensus nosse liberem: suscipi oportet tribuat exemplum. haec tunc epistola Damasi ad Paulinum.

VI. At quid sit Vitalis Audisti Gregorio Theologo & Elia Cereenti. Subte ipse, probantque oblatam a Damaso Catholicam fidei confessionem, in communioneque susceptus est. At quo modo Catholicos non inuentus: eo quod pura sinceritate eius verba in prauium illam, qui diducit eisdem conuenit. Debetis autem, Apostolici iudicii censuram quam metebatur, exceptis. Nam haec omnia in praefatis, de quo agitur, Concilio Romanum, allata cum fuissent, delecta eius impieate. Aut ipsa heresis omnium damnata calculo, atque auctores heresis, eiusdemque sectatores ab Ecclesia perna excommunicationis eiecit. De eiusmodi autem Damasi habito Romae iudicio ita meminit idem Gregorius Nazianzenus, ubi ait: Quod etiam in causa fuisset, cor ipse quoque Damaso, cum postea reditus eadent fuisset, simul, in praesentia ipsos expositionibus perscrutatus, eos ab Ecclesia ceteri adiecit, fideique libellum (oblatum) scilicet ante Romam cum anathematismo deleuerit, tam etiam quod si eadem eam, in quam per simplicitatem inciderat, permalisse ferret, haec Gregorius, haud concilius (ut apparet) eum ipsam integram fuisse a Damaso Paulino Antiocheno Episcopo delegatam.

VII. Qui igitur damnauit Vitalem, Apollinarii eius auctori & primario heretico Damaso nequaquam

pepetit, sed & in hoc Concilio Timotheum alium eius discipulum per eum condemnauit, testatur id quidem eisdem Damasi litteris Theodoretus, cum ait: Damaso item vir omni genere laudis florentissimus, simul ut hanc scilicet exortam accepit, non Apollinarem solum, verum etiam Timotheum eius discipulum abdicauit: Quam rem Episcopi etiam Orientales Ecclesias gubernantibus significauit per litteras, quae in historiis illigare, non incommo dum existimant: sic enim se habent:

Quod vestra charitas debitam sibi Apostolica reuerentiam tribuit filij honoratissimi, vobis ipsis quoque maximo sane honore est. Nam tamesi S. Ecclesia, in qua S. Apostolus sedens nos locuit, quo pacto illius gubernacula, qua suscipimus, tractanda sunt, nobis prima parte deferuntur: tamen consistunt, nos illo dignitatis gradu longe inferiores esse. Verum ob hanc causam omnibus modis laboramus, ut ad gloriam beatitudinis eius, si qua ratione possimus, tandem aliquando perueniamus.

Sicuti velim fratres, nos Timotheum illum profanum Apollinarii heretici discipulum cum impio suo dogmate iam pridem abdicasse: & ob eam causam credimus reliquias eius nihil in posterum momenti habituras. Quod si, antequam ille serpens semel atque iterum eadem ad suam ipsius perniciem augendam reuenerit, & extra Ecclesiam caelum nonnullis etiam numeris fideles suis mortiferis venenis, quibus eos tentare aggreditur, ad exitum trahere non cessat: vos hanc eius astutiam velut pestem quandam declinate, & recordamini sedulo tuum fidei ab Apostolo tradita, tum huius vel maxime, quae est a sancto Patribus in Concilio Nicaeno scriptis prodita: inque eam gradum firme deherentes, immobilis perstite: & ne posthac sustinere, ut ne vel clerici vestri, vel laici manes sermones questionumque obscuras audiant.

Lam enim semel formulam edidimus, ut qui se Christianum profiteretur, illud tenet, quod ab Apostolo traditum est, quippe dicitur Paulus si loquitur dicit: Si quis verbum euangelizauerit praeter id, quod accepit, anathematizabit.

Nam Christus filius Dei Dominus noster generi humano per peccatum suam plenissimam salutem reddidit, ut totum hominum peccatum impitatum ab omni peccato liberaret. Hunc si quis aut imperfecit humanitatem, aut imperfecit diuinitatem habuisse dixerit: spiritus diaboli completus se filium gehemae ostendit. Itaque quid est, cum abdicatorem Timothei a me versu requiritis, qui etiam hic iudicio sedis Apostolicae, Petro quoque Alexandria Episcopo praesente, abdicatus est vna cum magistro suo Apollinare, qui eum in die iudicij debetis poenas & supplicia persoluet? Quod si ille, qui verum spem in Christum vna cum fidei confessione mutarit, velut spem quandam salutis retinens, alios quosquam, qui sunt leuiore, ad suam perniciem consentiam: sciam illi, se propterea cum eo similiter perituros, quod in animum aliquando induxerim Ecclesiam canonis repugnante. Deus autem vos filij honoratissimi seruet incoleme, haec tunc Damasi epistola ad Orientales.

Scripti sunt autem ab eadem Synodo anathematismi non aduersus tantum heresim Apollinarem, sed etiam contra alias ingruentes hereses Arii, Sabelli, Macedonii, Eunomii, & Photini: recitat eisdem Theodoretus ex epistola ad Paulinum Thessalonicensem, imo puro legendam, Antiochensem, ad quem tunc sedentem Antiochia Episcopum (superius citata extat epistola: si vero illi se habent:

Quoniam post Concilium Nicaenum eiusmodi error emersit, ut quidam profano ore dicere audeant, Spiritum S. per Filium factum esse: Anathema denunciamus omnibus, qui non libere praedicant Spiritum S. vnum & eiusdem tum essentia, tum potestatis cum Patre & Filio.

Pari ratione anathema iudicimus Sabelliani erroris fautoribus, qui dicunt Patrem & Filium eundem esse.

Anathematice item damnamus Arium, & Eunomium, qui pari impietate, licet verba discrepent, tum Filium, tum Spiritum S. creaturam esse asserunt.

Sint porro Macedoniam nulliati anathemate, qui ex radice Ariana exortis, non impietatem, sed nomen solum commutauerunt.

Photino quoque sit pena anathematis irrogata, qui heresim Ebonium reuocans, Dominum nostrum Iesum Christum ex Maria solum editum asseruit.

e Theod. li. 5. c. 10. De DAMATIONE APOLLINARIS ATQUE TIMOTHEI.

VIII.

IX.

d Gal. 1.

X.

e Theod. li. 3. c. 11.

XI.

ANATHEMATIZAMI ADVERSUS HERESIM EUNOMI, THERMIDI, ET PHOTINI.

1 Tam. I. Concil. ad. 200. V.

ERIT. DA DAM AD PAVL. NYM DE RECIPI. ENDO VI. TALI.

VI. VITALIS DOLORE ROMENSIS VERBIS HARESEM OCCVLTAT.

b Gr. Naq. apud. ad. Ellen.

Illi praterea anathemati addicatur, qui dicit filios esse affirmant, unum ante facula; & alium post carnem ex Matre assumptam.

*sumptam

Anathema etiam illis ad iudicium, qui asserunt, quod in carne humana Verbum Dei loco animae rationis participo habitavit. Nam idem ipsum Dei Verbum non animae rationis & mentis participo locum in corpore, quod sibi sumpsit, obtinuit, sed nostram animam, hoc est, ratione & mente praeclatam, expertem tamen peccati accepit servantem.

Denique sit illis inflicto anathema, qui dicunt Verbum Dei productione & contractione à Patre fecerim, ipsumque essentia expertum esse, aut morte interitum, scelerate impieque predicant; quae autem sequuntur usque ad sequentem anathematismum habet amplius Theodoretus, videlicet: Eos autem, qui ab Ecclesia, in quibus vixerunt, ad alias se transferunt, usque eo sint à nostra communione alieni, quo ad ipsas urbes redierint, in quibus erant primum ad aliquem honoris Ecclesiastici gradum elati. Quod si quis in alterius locum, qui locum mutavit, cooptatus sit; tanquam à sacerdotali dignitate vacet ille, qui civitatem propriam deseruerit, dum qui ei successerit, odorauerit in Domino.

XII.

Si quis non dixerit, Patrem semper esse, semper esse filium, & semper Spiritum S. anathema esto.

Si quis negaverit filium genitum à Patre, hoc est, ex divina eius essentia, anathema esto.

Si quis negaverit filium Dei perinde veram Deum, ut Pater verus Deus; & omnia posse, omnia scire, Patreque aequalem esse, anathema esto.

Si quis dixerit, filium Dei, cum in carne viveret, in qua terra degeret atatem, non in caelis etiam cum Patre fuisse; anathema esto.

Si quis dixerit, filium Dei cum passus sit in cruce, non in carne solum & anima rationis participo, quam accepit in forma servi, uti scriptum literis proditum est, sed in sua etiam divinitate dolorem sustinuisse, anathema esto.

Si quis negaverit, Verbum Dei passum in carne, crucifixum in carne, mortem gustasse in carne, & primogenitum ex mortui suscitasse, quatenus vita est, & Deus auctor vitae, anathema esto.

Si quis negaverit, cum in carne, quam assumpsit, sedere ad dexteram Patris in qua etiam venturum est ad iudicium de vivis & mortuis exercendum, anathema esto.

Si quis negaverit, Spiritum sanctum vere & proprie ex Patre esse, perinde atque filium ex divina essentia, & Deum Dei Verbum; anathema esto.

Si quis dixerit, Spiritum sanctum non perinde omnia posse, omnia scire, & visque terrarum adesse, ut Patrem & filium, anathema esto.

Si quis dixerit, Spiritum S. creaturam esse, aut per filium factum esse, anathema esto.

Si quis negaverit, Patrem omnia per filium incarnatum, & Spiritum sanctum condidisse, hoc est, visibilia & invisibilia, anathema esto.

Si quis negaverit unam Patris & Filii & Spiritus S. divinitatem, auctoritatem, potestatem, gloriam unam, dominatum unum, unum regnum, voluntatem, & veritatem, anathema esto.

Si quis negaverit tres veras personas esse Patris, Filii, & Spiritus S. semper vivere, omnia continere visibilia & invisibilia, omnia posse, omnia iudicare, omnibus vitam tribuere, omnia fabricari, omnia conferre, anathema esto.

Si quis negaverit Spiritum S. ab omni creatura perinde adorandum, ut Patrem & filium, anathema esto.

Si quis de Patre & filio recte sentiat, de Spiritu S. autem non item, haereticus est: quandoquidem omnes haeretici, qui de filio Deo & de Spiritu S. prae se ferunt, in Judaeorum & Gentilium infidelitate versari deprehenduntur.

Si quis Deitatem divisit, dixeritque Patrem Deum, Filium Deum, & Spiritum sanctum Deum separatim; affirmaveritque etiam Deos dici, & non Deum, propter unam divinitatem & potentiam, quam credimus & agnoscimus Patri & Filio & Spiritu S. cum sit unus Deus in tribus personis: aut rursus ita acciperit Filium & Spiritum sanctum, ut Patrem solum Deum dici, aut unum credi Deum existimet, anathema esto. Nam nomen Deorum & Angelis & omnibus sanctis à Deo donatum est. In Patre & Filio & Spiritu sancto propter unam aequalemque divinitatem, non nomina

*ex epe-

rit

Deorum, sed nomen Dei nostri offertur, & significatur, ut credamus, quod in Patrem & Filium & Spiritum S. baptizati sumus, & non in nomine Angelorum, aut Angelorum, sicut haeretici, Iudaei & Gentiles delirant.

Hec igitur Christianorum salus est, ut credentes in Trinitatem, id est, in Patrem & Filium & Spiritum S. baptizati in eandem, credamus quoque, unam in ea divinitatem esse, unam potentiam, unam divinitatem & essentiam deum unam. haec tenus Damasi Papae in Concilio Romae fidei decretum.

Sed quod rursus ad eosdem Damasi anathematismos pertinet, non praeterendum, quod Iulianus Imp. ait, ab eo excommunicatos fuisse omnes siue adhuc viuentes, siue defunctos, qui Nicenam factam sanctam fidem violassent: sunt enim haec verba ipsius in epistola, cuius titulus est, Ad Ioan. Rom. Pontificem, sed tamen scripta Vigili Papae tempore eius autem est exordium: Scientes, quod nihil aliud, &c. ubi post multa prope finem: Etiam inquit, quod est amplius, dicemus: quia quidam ex istis, qui in Nicena S. Synodo comenerunt, & exposita ab ea fides diffinitioni vel symbolo sub scripturum: quoniam postea contraria sapientes apparuerunt, alij quidem unum, alij autem post mortem anathematizati sunt à Damaso sancta memoriae Papae antiquiorum Roma, & ab vniuersali Sacrosancti Concilio, prout testatur S. Athanasius, haec cipse. Sed desiderantur eiusmodi Damasi scripta Athanasio cognita, cuius tempore in alia aliqua Synodo id à Damaso factum oportuit ab hac die: nam huic Petrus eius successor interuit.

Quod autem ad huius anni Rom. Conc. res gestas spectat: sic in eo damnati sunt Apollinaris, Vitalis, Timotheus, alijque omnes eiusdem sectae participes, ut etiam una cum ipsis omnia eorundem haeresum capita fuerint condennata, ut illud in primis, quod ad antiquam haeresim, Millenariorum spectabat: idem Apollinaris, scribens aduersus Dionysium Alexandrinum illum destruitur, resistere conatus est: siquidem actum, ut post damnatum Romae in Apollinare eam haeresim loquacem antea, omnino cōtineret, ut vix fuerit aliquando audita. Erant Apollinaris haeresis alia quoque capita, eademque cum auctore damnata, quae singulari recensimus. Plane accidit de Apollinare, ut quod magna cum laude verfatissimus fuerit in Ecclesia, eius errores tamen credidi fuerint, vel saltem excusati, ut ex Epiphano a superiori tomo diximus: Magnae quidem ipsum fuisse in Ecclesia estimationis, ostendit etiam Cyrillus Alexandrinus, cum sic eum redarguit: Quid inquit, vitiatum Apollinaris Laodicenus attulit, unum ex primoribus magnum ille agnovit, qui cum pro recta fide adeo fortiter contra inimicos dimicavit, ut ipsius sapientia fructus, velletque in portam & sinceram Christi fidem ex perplexis, & inuis meatibus quosdam introducere: an non hoc effecit, ut inter schismaticos à Catholica reputetur Ecclesia? &c.

Sed quid accidit: cum male omnino audire cepisset, resque ipsius eo statu essent, ut excusari dissimularique minime possent: factum est, ut in eum pii omnes stylium acuerint, atque in eius scriptis accuratius peruestigatis alios complures errores inuenierint, ut in primis illud, cuius ex Gregorio Nazianzeno & superius mentio facta est, quo iungere tur cum Ario & Macedonio, dum scilicet contingeret Trinitatem ex magno, maiore & maximo: cuius Apollinaris sententiae Theodoretus quoque meminisse dicit, atque damnat, dum ille diceret maximum esse Patrem, maiorem autem Filium, magnum Spiritum sanctum, ridiculum plane existimans, quod cum Apollinaris Nicenae fidei assertor esse diceret, ista tam absurda deliraret. Rursus vero Theologus ex libello eiusdem Apollinaris portentosas quasdam eius sententias patefecit, e nimium effusi blaspheuiam, atque dixisse, carnem Christi de caelo alleram esse, addidisse in super, Christum in sua divinitate passum esse. At idem Gregorius ad Cledonium scribens, cum decem statuit anathematismos aduersus haereses Apollinaris, totidem cum ab ipso, tum à suis impijs proptas esse sententias, imo horrendas blasphemias, docet. Sunt autem hi, qui sequuntur.

Si quis S. Mariam Deiparam non credit, extra divinitatem esse, asserat id Apollinaris, dum carnem Christi de caelo sum, nam esse dicebat, vnde & subdit:

XIII.

XIV.

MILLINA RIFORM ERROR DAMNATA.

a Epiph. h. 70. b. Const. 15. ad. 12.

XV.

A. IOLI. MARISTA. RYM. M. TITELICI. FRSORBI. c. Gr. Naz. ad. Cledon. ep. 1. d. Ford. h. 1. s. 4.

e. Gr. Naz. ad. Nestor.

f. Gr. Naz. ep. 1. ad. Cledon.

XVI.

Si quis

ANATHEMATI
GRI. NA
DIAN. AD
VERSES
HERSES
APOLLIN.

Si quis Christum per Virginitatem tanquam per canalium decursum
se ac delectasse, ac non in ea diuino modo, quia abique viri opera, hu-
mano, quia procreationis lege formatum esse dixerit, in simili tur-
pitudine veretur.

Si quis creatum hominem fuisse, Deumque, postea subesse, pronun-
ciauerit, damnamus innoxia est.

Si quis duos filios, alterum ex Deo & Patre, alterum ex matre,
non autem unum eundemque induxerit, ut ab ea quoque filiorum adop-
tione excidat, quia recte credentibus promissa est, & post nonnulla
aduersus hanc blasphemiam dicta, subdit:

Si quis diuinitatem in eo velut in Prophetia per gratiam opera-
tam fuisse, ac non secundum essentiam connexam fuisse atque con-
necti dixerit, diuino afflatu caret, in contrariis, nempe diabo-
lico, impletur.

Si quis Crucis effigiem non adoret, anathema sit, atque in eorum,
qui Deum interemerunt, numerum adscribitur.

Si quis eum ex operibus perfectionem assecutum fuisse, aut post
baptismum, vel resurrectioem a mortuis in filium adoptatum fuisse
dixerit, quem admodum quos Graeci deos ad scripturas inducunt,
anathema sit. Neque enim id, quod copit, aut progreditur, aut persi-
citur, Deus est: tamen si hoc deo dicitur dicitur, quod paulatim ha-
minibus innotuerit.

Si quis sanctam carnem nunc extantem & abiectam, diuinitatem
corpore spoliatam esse, non autem cum assumpta parte & esse
& venturam esse dixerit, presentiam illius gloriam non carnat. &
paulo post:

Si quis carnem in eam descendisse, & non hinc atque a nobis esse
dixerit, anathema sit, ac demerit.

Si quis in hominem mente carentem speret, amicus profecto est,
nec dignus, qui totum salute donetur quod enim Apollinaris negans
in Christo mentem, Chriftum semihominem cole-
re videatur, idcirco idem Theologus eadem epistola sub-
dit: Tu Sarcolatra siquidem ego Anthropolatra sum, huc ex Gre-
gorio Nazianzeno de erroribus Apollinaris, cuiusque disci-
pulum, quos potentissime confutat. Erant omnes
horum errorum sectatores ab Apollinare dicti vno e-
odemque nomine Apollinariani, siue Apollinariste, cum
tamen inter se non vnus eiusdemque essent sententiae as-
sertores: nam & recitari modo eorum prauae sententiae
longe inter se reperitur esse diuersae: accidit enim (quod
Epiphanius in Panario atque in Ancorato testatur) vt ex
Apollinaristis alii alia atque diuersa sentiant.

Primum autem omnium, qui Apollinaristarum errores
confutari, Magnus Athanasius fuit, vt ex Epiphanioli-
quet, qui ait missum fuisse ad eum ad Epicteto Corin-
thiorum Episcopo exemplar commentarii errorum ipsorum
aduersus quos eruditam illam ad eundem Epictetum
idem Athanasius scripsit epistolam, quam ipse etiam Epi-
phanus a recitari, vbi inter alia haec quoque ex ipsorum
blasphemis, quod scilicet asserentes carnem Christi de-
scendisse de caelis, eam Verbo coaequalem dixerint: rem-
que illud, quod alii in eum Verbum sic carnem factum,
vt mutatum in ipsam fuisse: quodque Verbum ipsum pas-
sum sit, & alias purulentas assertiones, quas in vnum col-
liges Athanasius sic de illis ad Epictetum b: Qualis infernus
eruditus, vt consensuale dicitur corpus genitum ex Maria Verbi
Deitati? Aut quod Verbum in carnem & ossa ac pilos & totum cor-
pus transfuerit? & a propria natura immutatum? Qui vero
omnino auduit a Christianis, quod adoptione & non natura corpus
genitum fuisse? Aut quis adeo impudens fuit, qui dixerit simul & sen-
sit, quod Deitas ipsius, quae est consensuale Patri, ipsa circumscissa est,
& imperfecta ex perfecta facta, & quod clauis aspicuus erat, non o-
rat corpus, sed ipsa opifera naturae essentia? Quis vero audiens quod
non ex Maria, sed ex sua essentia transfuerit sibi ipsi Verbum do-
fiderationis corpus, dixerit Christianum esse eum, qui hoc dicit? Quis
autem in faciam hanc excogitauit impietatem, vt vel in mentem
venerit, vt diceret: Qui dicit ex Maria esse Dominicum corpus, non
amplius Trinitatem, sed Quaternitatem in Deitate docet? Quare
propter hoc hi, qui se sentunt, carere, quam induit Saluator ex
Maria essentia ipsius Trinitatis dicunt, Vnde vero turis erunt, sunt
aliqui aequalem praeditis impietatem, vt dicant non esse recentius
corpus Deitate ipsius Verbi, sed consensipiterum ipsium per omnia
gentium esse ac postea:

Qui igitur adeo audaces fuerint, vt dixerint Christum carnem

passum & crucifixum, non esse Dominum ac Saluatorem, & Deum,
& filium Patris? Aut quo modo Christiani volent nominari hi, qui
dicunt, in s. hominem, velut in vnum ex Prophetis venisse Verbum,
& non ipsum hominem factum esse, accepto ex Maria corpore, sed a-
lium Christum esse, & alium Dei filium, qui ante Mariam, & ante
saecula filius est Patris? Aut quo modo Christiani esse possunt, qui di-
cunt, alium Deum esse, & aliud esse Dei Verbum? Itaque erant in com-
mentariis indifferenter quidem dicta, vnam vero eandemque habentem
sententiam respicientem ad impietatem. Isthuc adeo insana
cum deploret Athanasius, &que dissoluit atque reficit illa
ad Epictetum scripta epistola, vt apud Epiphanium & al-
lata leguntur, alia vero versione apud ipsum Athanasium
habentur: sed illud primo in Apollinarem ipsum Athana-
sius intorsit spiculum ea oratione qua omnes haereses
inflectatur: etenim eo tempore ille tantam Apollinaris
exorinnotuerat, quo diceret, corpus solium à Verbo assump-
tum ex Virgine, non integrum cum anima hominem. At non
his tantum scriptis, sed egregio edito Commentario de
Incarnatione Christi, hos omnes refellit errores, memi-
nitque vnus ex his, Rhetorii nomine, qui diceret illud
necesse, Christi carnem necesse esse fieri increatam, vt ad-
orationem consequi posset, cum nihil creatum adoratio-
nem diuina sit dignum: haec, inquam, omnia cum validissi-
me confuter, ostendit pariter magnam his cum Mani-
chaeis intercessisse coniunctionem, utpote qui sicut illi
dicerent peccatum ex natura esse. Rursum vero aduer-
sus Apollinarem idem Athanasius, quo in omnibus re-
linqueret posteris testatam fidem Catholicam, erudi-
tum illum commentarium scripsit, De falsari aduentu
Christi.

Quod turis spectat ad praua Apollinaris dogmata
fuisse de origine animarum eius communem cum Ter-
tulliano sententiam S. Hieron. testatur, d, eas nimirum ex
traduce generari, atque instar corporum ex corporibus,
ex animabus animas pariter propagari. De eodem quoque
haec eadema Theodoretus haec habet e: Hic ergo rursus in
nonnullis scriptis hypostasem, seu personarum proprietates confun-
debat, & idem saecula in Trinitate: vnde etiam insinuat est, &
est Sabellianum. Duplicitur Magno Basilio fillud etiam in
Apollinare, quod Genesim interpretatus, totum se con-
uerterit, spreta littera, ad allegoricam sensum. Sed & factus
& arrogantiæ fugillatus est Apollinaris, cum pro antiquis
Ecclesiasticis canticis ex diuina scriptura acceptis, nonos
in Ecclesiam à le editos psalmos & diuersa quæ cantici-
corum introduxerit, atque multipliciter librorum sibi glo-
riam studuerit comparare. Vnde Gregor. Nazianz. haec
ad Cledonium g: Quod si prolixo libri & noua psalteria Dauidis,
ex aduerso resonantia, & versuum lepos pro tertio quodam testa-
mento habentur: nos quoque psalmos elaborabimus, & multa conscri-
bemus ac modulabimur: quandoquidem ipsi quoque Spiritum Dei ha-
bere videntur. si tamen spiritus gratia hoc est, & non potius huma-
na nouatio. Haec te apud plebem protulisti volumus, ut hominum
sermonibus, veluti huiusmodi malum dissimulantes obruamur, ac
pestiferum dogma propter inertiam nostram & socordiam Latinis
grossari ac nos imalescere videatur. haec Gregorius, quod scilicet
Apollinaristae calumniolose gloriarentur, ipsum Apol-
linarem eadem cum Catholicis sentire. Imo eo procacitæ
peruenierunt, vt cum damnati Romæ à Damaso Papa es-
sent; mentirentur tamen, atque dicerent, se ab eo fuisse re-
ceptos: vt idem Gregorius eadem ad Cledonium epistola
testatur, sed de se in primis his verbis h: Sed quod nos in eadem
opinionem ac sententiam esse mentimur, hancum suam haec esse cir-
cumuegentes, atque hoc suo & pretextu cupiditatem suam in caritate
expleret, simplicitatemque nostram, quae se habet, vt non alienorū lo-
co eos haberemus, sed à eterna beneuolentia complecteremur, in sceleris
ocasionem arripientes, atque adiit.

Illud etiam indignitatis accessit, quod ab Occidentali Synodo se-
se, vt audio susceptos esse affirmant, quia eorum condempnatos esse
nemini est obcurum. Quod si vel nunc, vel ante suscepti sunt, qui
cum Apollinarem sentiant, hoc ostendunt, & nos acquirere. Per-
spicuum enim erit, eos recte doctrinam assentiri (nec enim aliter se res
habere potest) si hoc consensum sunt. Id autem omnino liquet, si vel
synodalem codicem, vel epistolas, quibus ad omnem admitti in-
betatur, protulerint: nam hic Synodum mo: est, haec Theologus.

c Atha or.
Aduer om-
nes haerf.

XIX.

d Hier. ep.
82. ad O-
reanum.

e Theod.
har. fab. l. 4
Acti A-
POLLINA-
RIS ERRO-
RES.
f Basilius
Hieron.
hom. 3.

g Gr. Naz.
ep. l. ad
Cledon.

h Gr. Naz.
ad Cledon.
ep. 1.

XX.

APOLLINARI-
MENTIVM
VERBVM
RECEPTVM
AD DAMASVM
PP.

In his

XVII.
ATHAN.
IMPUGNA
VIT APOL-
LINARI-
STAS.
i Epiphani-
harf. 77.

b Atha. ad
epist. Epi-
phan. ubi
contra ha-
ref. 77.

XVIII.

XXI.

In his vero illud in primis obiecta, quod dum ait in Occidentali Synodo Apollinaritas (quod notum dicit omnibus) iam fuisse damnatos: de nullaliala Synodo Occidentali potuit intellexisse, nisi de qua nunc agimus, ubi à Damaso quod testatur idem ipse Gregorius in posteriori epistola ad Cledonium | idem Apollinarista damnati sunt: nullum enim aliud vel somnari potest in Occidente hoc tempore contra Apollinaristas Concilium congregatum, nisi Romanis. Sed & habes hic, lector, quod magno opere admirearis, Gregorii scilicet erga auctoritatem Romani Pontificis incomparabilem obsequantiam, dum illud putaret à se tuto recipiendum fore, quod constaret ab illo esse decretum: & licet videri posset, ipsum posterioribus delevisse priora, nullum tamen crimen in eo putavit considerandum esse praevagationis, extraque legem positum, qua Apostolus ait: Si quis aedificavit, haec deservit, nonne praevagationem me constituo? Ecce tibi Theologus, Theologorumque vertex, quantumlibet sciret Apollinaristas complurim ac falsos errores, quos eadem impet impugnat epistola, quosq; omnibus compertum esse dicit in Occidentali Concilio fuisse damnatos: tamen si verum esset, quod illi mendaciter assererent, ab eadem Synodo iterum congregata esse receptos, se acquireretur, neq; illis aduersaturum amplius, pollicetur: sic namque contestatus est verbis illis hic iterum repetendis: Ab Occidentali Synodo sese, vt audio, susceperis esse affirmant; à qua prius condemnati esse, nemini est obsecrum. Quod si vel nunc, vel ante susceperis sunt, qui cum Apollinaribus sentiant: hoc ostendant, & nos acquiescimus. sed cur? Audi mox subdit: Persecutum enim erit, cui recta doctrina assensit (nec enim aliter se habere respicit) si hoc consensit, vt plane appareat, ex arbitrio pendidisse Romani Pontificis, fidei decreta sancire & sancita mutare, atque decernere quibuscum à reliqua Ecclesia communicandum esset. Ar non eo sentia à quoquam accipi velim haec nostra verba fidei decreta sancire, & sancita mutare, vt dictum exitimer, quod semel de fide Catholica à ipso Romano Pontifice definitum est: idem ab ipso mutari posse, atque contraria priori decreto sanciri. Absint haec ab auditu fidelium, nimis enim crassa stultitia est id Orthodoxum quempiam asserere. Sed secundum quod à Domino dicitur est: Constitui te super gentes & regna, vt caellas, & plantes, destruas & aedifices. non vt ab ipso Propheta voluerit simul praestari contraria, vt eadem quae euelleret, plantaret, & quae destrueret, rursum aedificaret, absque praevagationis nota, secundum illud Apostoli b: Si quis aedificavit, haec destruo, praevagationem me constituo. sed intellexisse haud dubiam voluit, vt operaretur illa circa diuersa dictum accipias de Romano Pontifice, sancire decreta fidei atque sancita mutare, nimirum rectam fidem decreto sancire, male vero sancitam à peruersioribus delendo mutare, à cuius decreto ceteri Orthodoxi ita dependant, vt quae recipienda pronunciet, omnino recipiant; quae vero reiciendo mutaverit, aut sentur, prout sanctus Gregorius Theologus, de quo est sermo, fecisse cognoscitur ab eo dependens, vt perfectissimus Orthodoxus (quod profiteretur) in recipiendo, vel damnando, ex ipso Romanae Sedis arbitrio Apollinaristas, nempe reiciendo ipsos, quos sciret damnatos ab ipsa, recipiendo eosdem, quos ab eadem sciret esse receptos, vt pote iam recte fidei consentientes. His igitur ita recentis occasione Synodi hoc anno Romae habite iam describamus, quae de codice Athanasii Romae tunc sub Damaso ab Apollinaristis depravato Ruffinis narrat his verbis e

a Gal. 2.

FIDEM DECRETUM SEMEL SANCTUM POSUITIT ROMANUS SVB DAMASO SVB QVAM SVTAT.

b Gal. 2.

c Ruffin. de adu. lib. Orig. apud Hieron.

XXII. ATHAN. CODICEM APOLLINARISTARVM CORRVM. PIT.

Damasus Episcopus, cum de recipiendis Apollinaristas deliberatio haberetur, editionem Ecclesiasticae fidei (cuius editionis, si Ecclesia inungi velint, subscribere deberent) conscribendam mandauit cuidam amico suo presbytero viro discretissimo, qui hoc illi ex more negotium procurabat necessarium visum est dicenti, in ipsa editione de incarnatione Domini, hominem Dominicum dici. Offensi sunt in hoc sermone Apollinaristae: nouitatem sermonis incursari coperunt. Adesse sibi cepit, qui dicebant, & ex auctoritate vera scripturam Catholicarum virorum consutare eos, qui impugnant. Accidit, vt vnus ex ipsis, qui nouitatem sermonis causabantur, ostenderet in il-

lo Athanasio Episcopo scriptum esse sermone, de quo quaestio habebatur. Quasi in ista iam ille, cui probatum fuerat, rogatus sibi daret codicem, quo & alius ignorantiibus & contrariis eundem sermo face- ret. Accipere eodem inuocantur excoegitavit adulterationis genus. In- eum ipsum, in quo sermo inserat scriptus, rasit, & ipsum sermone- rum rescriptis, quem raserat. Codex redidit, simpliciter rece- ptus est. Mouetur iterum pro eodem sermone quaestio. Ad probationem codicis profertur. Inuenitur sermo, de quo erat quaestio, ex litura in co- dice possum. Fides profertur talem codicem derogatur, & quod lita- ra illa corruptio ac falsitas videretur indicium. Sed quoniam (vt iterum eadem dicam) videntur haec facta à viuentibus: continuo egit omnia, vt fraus commissi sceleris undaretur, & requirit macula non innocenti viro, qui nihil tale gesturum adhiberet, sed in auctorem facti, atque in vberiore eius insamiam redundaret. haec tamen Ruffinus.

Quae quidem de se dicta, vt pote familiare Damasi, & qui illi esset ab epistolis Synodicis, existimans S. Hierony- mus d. totam huiusmodi fabellam loco dicit ad illa namq; Synodum ipse ea vitis est retulisse, quae sub eodem Da- maso, imperante Theodosio, collecta est, quando Orientalibus quoq; Episcopis conuocatis, Paulinus Antioche- nus ad eam se contulit cum Epiphano, quibus ipse Hier- comes adhaesit: Ceterum q; longe ante nempe hoc anno (vt vidimus) cum Petrus Alexandrinus Episc. profugus Romae esset, aliam sub eodem Damaso contigit itide Romae petagi Synodum, in qua primum auctum de Apollina- re & Apollinaristis haereticis, cum & à Damaso diximus scriptum esse libellum, cui subscriberet, qui ab haereti Apollinaris ad Ecclesiam redire vellet: non nihil animi pendeo, imo magis adducor, vt creda de aliquo abo pre- dixerimus de eali sermo, quam de S. Hieronymo ipsum intellexisse oportuit: siquidem certum firmoque est, ip- sum Hieronymum his temporibus in eremo Syriae de- gisse: nec venisse Romanum nisi sub Theodosio Imp. vt suo loco aperte constat. Ceterum si confenserimus, Ruffi- num de S. Hieronymo intellexisse, tunc asserimus necesse est, eisdem de Apollinaristis altercationis reuocatas esse in alio Concilio Romano Theodosii tempore à Damaso celebrato, cui idem Hieronymus praesens fuit.

Sed haec omnia fuisse Ruffini figmenta, illud me ma- gno opere persuadet: Nam quid est, quod ait, complexio- nem illam, Dominicum hominem, à Damaso positam ad fugillationem haereticis Apollinaris, ab Athanasio (vt tra- dit) acceptam ab ipsis Apollinaristis quasi nouam esse re- iectam; adeo vt eius obliuiscenda causa, eo modo codicem deprauarint: cum e contra constet ex Gregorio Na- zianzeno; eas fuisse peculiarias Apollinaristarum voces: ait enim ad Cledonium e scribens aduersus eosdem Ap- pollinaristas: Ne imposturam faciant homines, vicijsimque ipsi fallantur, hominem Dominicum (vt ipsi loquuntur) vel potius Do- minicum nostrum, & Deum mentis expertum esse asserentes: non enim hominem à diuinitate separamus, sed vnum eundemque pro- fitemur, &c. & Elias Cretensis ibidem locum Gregorij ex- plicans fuisse has voces ab Apollinaristis usurpatas, ostendit.

In quam sententiam & Athanasius, cum inuehitur in eosdem, haec ait: Quam igitur causationem excoegitatis? Aut qua simulatione pretextum seruis? Ac cur non potius expressim dicitis, cum non accepta forma serui, hominem esse factum, sed quasi hominem apparuisse? Hoc enim intellectum habet vester sermo, quo ad pretextum dicitis haec verba: Qui idem est, idem est, idque obre- ditare vera dispensationi humanitatis assumpta per hypochantiam satagit dicentes, Christum hominem descriptum esse, ac rursus il- lud: In principio erat Verbum, quod accepta forma serui homo sit ge- nitus: ut hominem eum dicitis qui cum Deo sit, aut hominem Deo simpliciter, aut hominem pro modo mortuum, & qui pari aliqua munditerat, aut hominem peccati incapax, aut hominem Angelus dominantem, aut hominem à rebu creatu adoratum, aut hominem Dominicum, cui Apollol' dicit: Paulus seruus Iesu Christi, aut homi-

XXIII. RUFFINI HISTORIA A. S. HIER. IMPROBATA. A. Hier. A. 101 a. d. Ruffin. L.

XXIV. CHIL. STYM. AT. BELLA. TUM ESS. DOMINI. CVM HO. MINIB. APOLLINARISTIS. C. Gr. Naz. op. ad Cledon.

XXVII. Athan. de adu. Christi adu. Apoll.

Dom. 63

cruci-

crucifixum, Dominum glorie, aut hominem audientem. Sede a dextera meorum, aut hominem venientem, ut iudicet. hoc est iudicatum, ut supra a quo subtrata aqua, quam ebullendam hominibus offeris, &c. Cur autem illi sic semper Christum hominem, nunquam Deum ita subdit paulo post: Ideo enim dicitur Deum ex Virginitate esse, ac non Deum hominem, ut Evangelista dicitur, Ne generetur autem carnis confitendo, necessitas vos cogat, ut naturalem eum esse cognoscatis, &c. pluribus enim agit de eiusmodi differentibus, quibus primum suum ipsorum dogma illi attruere contendebant. Ceterum a piis pio sentu has voces usurpatas esse constat, & ab ipso Athanasio in expositione fidei, ubi ait: Dominicus enim homo, quem ad salutem nostram exhibuit, conditus est, ut esset initium vivorum, &c. & in sermone maiore contra Apollinarem pro fide hæc habet: Dominicus autem homo non infirmatus, neque, nolens mortuus est. citatur hic textus in Synodo Lateranensi sub Martino Papa & martyre in Secretario quinto.

Ceterum complexio ista, Homo Dominicus, est a Catholicis interdum fuisse usurpata notatur: tamen haud tute dici, S. Augustinus eadem aliquando usus existimavit, qui hæc in retractationibus habet a: Non video, utrum recte dicatur, Homo Dominicus, qui est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, cum sit verique Dominus: Dominicus autem homo qui in eius sancta familia non potest dici? Et hoc quidem ut dicerem, apud quosdam legitur actores Catholicos dictionum eloquiorum: sed vobis, hoc dixi, dixisse me nollem: postea quippe vidi non esse dicendum, quamvis nonnulla post ratione defendi hæciple, ex quibus etiam suspecta reddidit tota illa Rufini narratio.

At quoniam ludibrio eundem Apollinarem hæc fiat chæm sanctas Ephraim affecterit, cum ad publicam ipsam disputationem aliquando provocasset, Gregorius Nyssenus bita deseribit: Sermonis quodam, qui fama etiam potius, quâ scriptis ad nos devenit, vnde ipsum veritatis studiosissimum extitisse, facile intelligi poterat, Apollinarem levari, uno dementem ac insanam mencubatur: qui res nonas molens, multa copia scripturarum sacre aduersaria duobus comprehensa libro, e suo eruditans venire admodum insulse ac temere proloqueretur. Illos vero libros candidam, quam in delitio habuisse fertur, femina asserendos commiserat. Quæ cum magno immotus esset Ephraim, eiusdem se esse opinionis confingens, feminam, qua libros custodiabat, audivit, & de se, quæ sit, & quam sancta ei ex crebro afferat, persequitur nonnullaque forte ad genus alta adhibens, tandem rogat, ut præceptor sibi scripta publica vultuatis, usque exhibeat, ut nobis scilicet, quos tunc hæreticos vocabat, repugnare commodius posset. Quibus capta verbi femina, cum quæ ex illi vnum, qui Apollinarem sustulerent partes reputans, libros prædicit, eos tamen sibi ceteris vultu deprecans. Ceterum magnum hic Iacob dementem supplicans Elau c, ac flagitiosa illa primogenita rapient, prudenter opprobrat: nam pisci glutino omnes illiusens ebrietas, ita soluius solo comexuit, ut cum pars vna ab altera ob firmam coniunctionem plane sciungit nequirit, ut vnam quasi tabulam singuli libri apparerent redacti: sicque eos mulier, qua commodato acceperat, reddidit. Quæ quidem artificij huiusmodi vtriusque ignora, cum formam eorundem exteriorum saluam esse cerneret: quidquid intrinsecus esset, diligenti in specere neglexit.

Quod per tinet ad eundem Apollinarem scripta: testatur sanctus Hieronymus d, reliquisse illum præter innumera pene volumina, triginta libros aduersus Porphyrium, qui inter cetera eius opera maxime probarentur. Conatum insuper eum fuisse diuinorum librorum translationes omnes in vnum allicere, idem tradit S. Hieronymus e, qui tamen opus minime probavit. Eiusdem quoque Apollinaris in Prophetas commentarios, nec non in Mattheum Evangelistam, idem auctor citat, quos ita se legitis affirmat f, ut habito delectu, ex stercore arum seligeret. Patrem eum eloquentie prædicat Philostorgius; sed tamen quæ esset verborum potius, quam neruosa. Multis rursus voluminibus complures hæereses oppugnasse, tradit Vincentius Lirinensis; sic de eo accidisse ait, ut quem populi quasi atrem gregis sequebantur, eum deinceps vt lupum fugere ceperint.

Ex scriptis autem Apollinaris Polemionem quendam, Theodoretus testatur, illam hæresim deduxisse, qua affirmaret, Verbi que carnis commixtionem confusione nemque factam esse: à quo denominatos esse Polonianos hæreticos tradit. Rursum vero discipulos quosdam eiusdem Apollinaris in Arabia hæresim aduersus Dei Genitricem dilemisse, Epiphanius habet. Illamque horrendam iactantem blasphemiam, qua dicerent post natum Christum Iosepho viro coniunctam esse: quam sceleratissimam opinionem impius Heluidius in Occidente studuit propagare, sed ne profane quidem & impie mentes tantam blasphemiam calumniam in aures admittre tollerant: quam obrem vtrique præteritum semen exaruit. Sed de Heluidio dicendum inferius. Ad hos confutandos hæreticos, dictos Antidicomarianitas, rogatus S. Epiphanius epistolam scripsit ad Ecclesiam, quæ est in Arabia h: qui & in Panario aduersus eorundem pluribus disputauit, ubi ipsa epistola ad Arabes scripta legitur i.

In ea etiam provincia addit exortat tunc esse aliam hæresim, dictam Collyridianorum, qui eandem sanctissimam Virginem vt Deum colerent, placentamque illi sacrificantes offerrent; de quibus ita Epiphanius k: Admirandi inquit, sumus, cum aliud rursus audissemus, alios nimirum ita decipere, vt in tractatione de ipsa S. semper virgine pro Deo hanc introducere studuerint, & adhuc student, & furere quodam ac amentia ducantur. Narrant enim, quod quadam mulieres in Arabia e partibus Thracæ hanc vanitatem inuenerunt, vt in nomen semper Virginis collyridem quandam sacrificarent, & simul congregentur, & in nomen sanctæ Virginis vltra modum quid tentent aggredi nesaris ac blasphemio negotio. & in nomen ipsius sacra celebrant per mulieres: quod totum impium est & nesarium, alienum à prædicatione sancti Spiritus, & alibi l de iisdem. Quædam enim mulieres currum quandam sine sella quadam ornantes, expanso super ipsam linteo in quadam illustri die anni, per aliquos dies panem proponunt & offerunt in nomen Mariæ: omnes autem panem participant, &c.

Cum autem Epiphanius hæresim confutat, primo loco demonstrat, procul à more Catholice Ecclesiæ abhorrete, vt mulieres sacrificarent: deinde pluribus docet, nequamquam Dei genitricem colendam tanquam Deum. Ceterum Catholica Ecclesia sic semper suscepit cultum sanctorum, vt tamen nunquam ipsis, vel in nomine ipsorum obtulerit sacrificia, sed in eorum commemoratio nem duntaxat eadem Deo offerat; quod primo Annalium tomo fufius dictum est. Quam procul autem abhorretet Epiphanius ab Agiomachotum sententia, qua sanctorum cultus impugnatur, plane docet, ubi agit de Vitis sanctorum Prophetarum; ubi sæpe confirmat morem Ecclesiæ, cum tradit fideles supplicare solitos ad Hieremiam sepulchrum: Isaiæ que intercessione multa preteritas beneficia impetiri, eademque præstari in sepulchris Ezechielis, & aliorum.

Cum autem Epiphanius hæresim confutat, primo loco demonstrat, procul à more Catholice Ecclesiæ abhorrete, vt mulieres sacrificarent: deinde pluribus docet, nequamquam Dei genitricem colendam tanquam Deum. Ceterum Catholica Ecclesia sic semper suscepit cultum sanctorum, vt tamen nunquam ipsis, vel in nomine ipsorum obtulerit sacrificia, sed in eorum commemoratio nem duntaxat eadem Deo offerat; quod primo Annalium tomo fufius dictum est. Quam procul autem abhorretet Epiphanius ab Agiomachotum sententia, qua sanctorum cultus impugnatur, plane docet, ubi agit de Vitis sanctorum Prophetarum; ubi sæpe confirmat morem Ecclesiæ, cum tradit fideles supplicare solitos ad Hieremiam sepulchrum: Isaiæ que intercessione multa preteritas beneficia impetiri, eademque præstari in sepulchris Ezechielis, & aliorum.

Die vero haud ita multi clasferant, cum Orthodoxi quibusdam deservit sanctus senex, qui Apollinarem accinxisset, & cum eo sermones contulisset: in iudicium itaque vocatus, impius illi libris fretus, ad statum diem venit: ac dicere quidem pro se, quod gratiam premeretur senio, renouit: postulatque idem sibi proferri libros, vt ex illis responderet, atque contradicere. Cum ergo istum delatoris foris prementes in medium libros produxissent: inueneratque ille dierum malorum inuisitæ iudex, vnum ex eorum in manus sumens, aperire atque explicare nititur: sed quod glutino vinculo non cederet, ad partem eius mediam aperendam est aggressus, eamque ipsam eodem conghutinam modo inuenit. Quare sua illa ex prioro libro frusta usque ad alterum se contulit: quem quidem totum ita firmiter connexum cerneus, vt profus explicari nequirit, tanto rubore atque pudore suffusus est, ammoque vsque adeo perturbatus, vt ex eo confessi aliens, quasi mentis atque consilij inopi, & exanimatio in morbum lapsus sit: illaque genominia notam ita egre & moleste tulit, vt parum admodum absterit, quin tunc mortem obiret, hæcenus de his Nyssenus: eo autem morbo Apollinarem periisse, habet Metaphrastes, quod quidem si verum est,

XXVIII. d Hieron de script. eccl. in Apoll. de eodem ep. 65. c Hier. Apoll. aduer. Rufin. f Hier. ep. 121.

XXIX. g Theod. gret. fab. 11. 4. h HERESSES ALIA EX SCRIPTIS APOLLINARIS.

i Epiphanius. h. 77. i Epiphanius. h. 78. k Epiphanius. c. 58. COLLYRIDIANI HÆRETICI.

l Epiphanius. h. 79.

XXXI. LITTE. BASILII AD OCCIDENTALES. a Basil. ep. i. in addit.

Hoc item anno, qui est decimustertius a persecutione a Constantio indicta in Oriente ex Synodo Constantiopolitana post Concilium Aninense (ut suo loco dictum est) in qua de creta sunt ab Imperatore Constantio exilia Episcoporum, S. Basilii, ut ipse testatur, iterum scribit ad Occidentales, nempe ad Romanum Episcopum, & alios quarto loco data hæc est epistola juxta postulas toties imploratum auxilium, minime hæcenus impetritum: litteræ autem sic habent: Quoniam in se sperantibus Dominus pollicitus est, quod eos ex omni tribulatione genere velit ducere: quamvis in medio tralorum pelago detineamur, ac scilicet in periculis a spiritibus malitia excitatis agitemur, perdetamus tamen in Christo, qui nos confirmat, nec rigorem eius studij propter excessentem tempestatem desermat, animi dissolutionem patimur, sed adhuc, quo ad eum fieri potest, omnem operam impendimus, scientes etiam eum, quem ceteri deservaverat, quoniam animi nobis non despondet, sed ad Dominum clamaverat, salutem esse confectum.

Ad bene sane modum & ipsi, sicut in extrema mala incidimus, spero tamen, quam in Domino collatam retinemus, non abicimus: sed yndiquaque auxilium illius circumficientes requirimus. Vnde est, quod ad vos quoque respicimus, fratres venerandissimi, quos in presenti tribulatione tempore frequenter ad nos venturos speramus.

Veram spe ista frustrati, ipsi quoque illud nobis occidimus: Expectatio, qui simul contrisarentur, & non sunt, & qui consolarentur, & non inveniunt: Sunt enim eiusmodi nostre afflictiones, ut & hi, qui extremum Occidentem incolunt, merito ad hunc nostrum Orbem sese recipere debent. Et quoniam vno membrum afflicto, reliqua simul omnia compatiuntur: conveniebat, ut & nobis non diu admodum laborantibus, afflictu commiserationis consolaretis. Non enim locorum vicinitas, sed communio spiritus conciliare & propinquos facere solet, quam inter nos ad dilectionem vestram intrudere persuaasi sumus.

XXXII. BASILII IVITA EX POSTULATIO.

Quis sit igitur, quod nullas consolationis litteras, nullam fratrum visitationem, nec aliud quicquam nostre ac debito dilectioni conveniens a vobis accepimus? Jam enim tertius decimus annus est, ex quo nobis hereticum hoc bellum exortum est, in quo pluribus tribulationibus afflicta sunt Ecclesia, que ab eo tempore commemorari possunt, quo primum Eusebium annuuntari cepit. Quæram vobis singulas recensere non audeamus, nec in aliorum illorum eudæmoniam sermoni nostri imbecillitas subosculetur. Simul etiam hand necessarium esse iudicamus, ut hisce de rebus doceamini, cum veritatem illarum tam olim vel sancta iudicio cognoveritis.

XXXIII. STATVS MIERAN. DYSCELE. SIE ORIENTALIS.

Summa enim mali huius est: Plebs oratorij relicta, insolitandi congregatur. Spectaculum videretis miserabile: mulieres parvuli, seors, & alias imbecilles imbruium vehementissimum animam, venturumque molestiam sub gelu biemali, consimiliter & Soli ardorem æstate sub æro agentes perferunt: & hac propterea patiuntur, ne prævium illud Aris fermentum recipere cogantur. Quo modo autem fieri poterit, ut ista vobis sermone aliqua perspicua reddantur, nisi ipsa vos experientia & spectaculum in oculos incurrens, ad compassionem afflictum permoueat? Obsecramus itaque, ut vel nunc tandem manuum Orientalibus porrigitis Ecclesiam, qua iam velut in gemma depresso inclinat: ac viros aliquos mittatis, qui illis de præmissis admonent, qua patientia ac passivitate pro Christo toleratis, referantur.

Hand enim tantum habet efficacia sermo consuetus, quantum vox peregrina ad consolandum desectos valet: præsertim si illa afferantur a vris, qui cum primis gratia Dei instructi esse cognoscuntur: quales vos cumctis mortaliibus predicamini, quod in fide illibate permancatis, & Apostolicum depositum illasem servetis. Non sic habent res nostras, sed sunt apud vos quidam, qui gloria desiderio, & maxime inquisitione ista, qua Christianorum animi subvertuntur, perciti, verba quadam nonandi studio excogitata inducere præsumunt. Vnde Ecclesia debilitata, quasi vas vitula quedam laxata, insipientem heresim receperunt. Vos itaque, o dilecti, & desiderati fratres, sitis vulneratorum medici, & eorum, qui adhuc sani sunt, patribus, quod morbidum est carentes, & quod sanum ad pietatem influentes, huicque Basilii epistola ad Occidentales, & quidem aliqua ex parte decurtata: non enim ex more, cui has litteras dedit perferendas, quemve legaverit in Occidentem, mentionem aliquam habet. Quenam autem causæ intercesserint, cur Damasus retardaverit legatio-

nem, visitationemque Orientalis Ecclesie, satis recensita sunt: anno superioris: ex his vero literis abunde declaratur, longe abesse, ut à communionem Occidentalem se Basilii continue it, ac longe longius procul esse, ut idem Basilii Occidentales hæresis nomine suspectos habuerit, quos solos puros sincerisque Orthodoxos permansisse testatur his literis.

Sed quod ad Orientalem Ecclesiam spectat, iure deplorat eius calamitatem Basilii, apteque comparat diversarum civitatum Ecclesiarum laxatis vasculis vndiq; heresim ebibentibus. Nam præter Sabellianam, Arianam, Macedonianam, Eunomianam, Photinianam, & alias superius recensitas, accesserunt quas nuper diximus diversæ Apollinaristarum hereticorum classes, ut taceamus de schismatibus inter Catholicos excitatis. At tolerandum quoquo modo malum videri poterat, si non nisi vna civitas vnius populum hæresis seduxisset: sed videre funestissimum erat, quot domos, tot pene hæretes peculantes fuisset, sed & impossibile est dicere de singulis, ex his, que contingebant Ancyra primatiz in Galatia civitatis, cæterarum Orientis urbium statum postillam intelligere. Erenim sanctus Hieronymus, qui Ancyram inivit, cum in recentia superius peregrinatione ex Cappadocia atque Galatia venit in Syriam, hæc habet: Sæc mecum qui vidi Ancyram metropolim Galatiz civitatem, quod nunc vsque schismatibus dilacerata sit, quod dogmatum varietatibus confusa. Omnia Cataphrygum, Ophitum, Borborum, & Manichæorum hæc hæc hæc calamitatis vocabula sūt. Quo usque in Passolonicas, & Ascodrobo, & Artotyritas, & cætera magis portenta, quam nomina in aliqua parte Romani orbis audiri: hæc ipse. Meminit de his Philastrius, & Borboritaque esse ait, qui dediti concupiscentis futuram negarent iudicium: Pallaloinitas, qui digitum naribus orique imponentes, perpetuum silentium ferantes, nihil præterea curarent: Ascodrogitas, siue Ascodrobo, qui Bacchansiam in Ecclesiam introduxerunt. Artotyritas autem, qui in sacrificio panem & calicem offerrebat. hæc monstra aiebat his temporibus Ancyra, licet sanctissimus eidem præfuit Episcopus Athanasius, quem defunctum Basilii adeo luxit atque laudavit, post quem Leo sanctissimus monachus, cuius meminit Sozomenus, cum hæc ait de monachis Cappadociz atque Galatiz. Inter monachos autem, quos illic vixisse accepimus tulle Leo, qui postea Ecclesie Ancyra Episcopus creatus est. Si igitur civitas, cui præerat magni nominis Episcopus Orthodoxo, adeo lincinata erat diversis sectis hæreticorum: quid putandum de aliis, quibus vel segnes præerat Antistites, & magna ex parte fugatis illis, pastoribus quoque carebant, vel hereticos accipere Præfatos: Iusta igitur angebat doloris causa mentem Basilii, ut ita ab Oriente vociferantur ad Occidentem. Sed hoc cæteris deterior (ut dictum est) malum operata est astutia Satana, vrinet Occidentales & Orientales, Damasium atque Basilium, tum occasione nominis hypostasis, tum defensione Meletii, vel Paulini, atque etiam calumnias de eodem Basilio ubique sparitas, damnosa admodum diffidentia orta esset, magno totius Ecclesie Catholice detrimento.

Hoc pariter anno Valentinianus Imperator cum adhuc in Galliis pgeret, Donatistas Episcopos rebaptizantes cohibuit, dato hoc ad Iulianum Proconsule Africæ rescripto f.

Antistitem, qui sanctitatem Baptismi illicita usurpatione genuerit, & contra iustitiam omnium, eam gratiam iterando cõtaminaverit: sacerdotio indignum censuimus. Dat. X. Kalend. Mart. Trever. Valentiniano & Valente 17. AA. Coss. hæc vero post liberatam à Fimo tyranno Africa fuisse rescripta putamus. Invaluerat enim in Africa his temporibus Firmityranis: ad quem oppugnandum Theodosius senior, Theodosii Imperatoris pater, à Valentiniano in Africam missus est: qui post diversas pugnas eundem oppressis, subleantique Africam ea clade diutius afflictam. Res gestas Ammianus accurare descripsit, & ad quem lectorem hæc cupientem, plenius enarrata recitamus: illa hic tantum, que argumenti nostri esse videntur, nolumus præter-

XXXIV. HÆRESI. VBI INV. BIERI TE. AGGATA. ECCLESIA. ORIENTA. 116.

b. Mar. in. p. ad Gal. lib. 2. ANCYRA. NA. ECCLESIA. QUÆ. HÆRESI. BVS. VERA. TA. c. Philost. 2. 74. 75. 76.

* indur. tuat.

db sep. 67. c. 102. lib. 1. 134.

XXXV. ECCLESIA. AFRIC. V. XATA. A. DONATI. STIS. ET. TYRAN. NIDE. FIR. MI. Fil. 25. Bapt. 107. C. Theod.

g. Am. 14. 6. c. 29.

præter-

I E S V C H R I S T I
Annus 374.

DAMASI PAP. VALENTINIANI IMP. II.
Annus 8. VALENTIS

SECVS Domini annus trecentisimus septuagesimus
quartus exorditur Consulatu Gratiani Augusti tertio
& Equitij: quo, absoluto anno decimo Imperatoru
Valentiniani atq; Valentis, & undecimo inchoato, post Au-
xentij fratris mortem (vita dicam cum S. Hieronymo) Me-
diolanus Ambrosio Episcopo constituto, omnia ad rectam fidem Ita-
liae converterit, sic ipse. Quae quidem verba ita accipienda
sunt, quod morte Auxentij factum fuerit, ut vnicuique
illo Ariano Episcopo extincto, nihil superesset amplius
in Italia Arianae contagionis: quo superfluo, ea Ecclesia A-
riano polluebatur Antistite: ac proinde ea ex parte Italia
dicebatur immunda: munda vero tota, cum illo sublato
de medio, Catholico illic Episcopo constituto, sordes om-
nes videri possent ablatae. Scimus Cedrenum anno superio-
riori, nempe decimo Imperatoru, referre ordinationem
Ambrosij: sed praestat audire Hieronymum res suorum
temporum conscribentem. Quoniam autem modo eni-
modi Ambrosij electio se habuerit, Theodoretus in pri-
mis narrat his verbis:
Cum Auxentius Mediolanensis Ecclesiae Episcopus labi Arian-
na infectus, & in Niceni Concilio abdicatus, & vita exinisset: Im-
perator iste, Valentinianus videlicet, accessit ad se Episcopum,
sic apud eos verba facit: Est nobis, vixote sacro & divinis literis
instructus, explorete cognitum, qualis debeat esse is, qui sit ad Epi-
scopatum gerendum delectus; & quod necesse sit progre non do-
ctissima solum, verum etiam praecleara vivendi ratione moderari, &
se cuiusque virtutum exemplar ei praeberet, suaeque disciplinae vel am-
vitae & morum institutionem testem habere. Quare hominem ita
instructum in sede & gradu Episcopali laim collocare: vix & nos, a
quibus hoc gubernatur Imperium, et vere & ex animo capita in-
clinemus, & illius reverentiam (nam cum homines finis, eredit
labi necesse est) velut medicinam aegrorum capite amplectemur.
hucusque dixit Valentinianus: subdit his Theodoretus
haec verba:

I.
AMBRO-
SIVS CRE-
ATVS EP-
SCOPVS
MEDIO-
LANE.

ORATIO
IMP. AD
EPISCO-
POS.

III.
QUOMODO
ELECTVS
AMBRO-
SIVS.

IV.
I. Paulinus
in vita S.
Ambrosij.

V.

Hac oratione ab Imperatore habita, Concilium Episcoporum
contendit ad eo, vix ipse, vixote sapientia & pietatis insignibus pra-
clare ornatus, Episcopum eligeret. At ille: Maior est inquit, haec pro-
vincia, quam qua viribus nostris sustineri possit: proinde vos divi-
na repleti gratia, & illum splendore illuminati, multo melius hoc
Episcopum deligendi negotium transegitis. Illi igitur egressi separa-
tim per se de eo deliberare coeperunt: Civitatis autem habitato-
res inter se ipsos displicere, quorum alij hunc, illum alij deligere con-
tendebant. Nam qui errore Auxentij erant imbuti, in sua opi-
nioni favoribus suffragati sunt: qui vero a partibus sanae fin-
veraeque doctrine stabant, illi rursus Episcopum secum de fide con-
sentientes habere laborarunt. haec Theodoretus de partis
virtutibus studis in Episcopo deligendo. Commendatione
quidem digna fuit Valentiniani modestia, cum oblatam
sibi electionem tantae Ecclesiae Episcopi recusavit, secun-
dum quod alias (quod dictum est superius) fuerat core-
ctus, sui muneris minime esse Ecclesiasticis se immisce-
re negotiis. At quid post haec?
Cum igitur eo modo in electione novi Episcopi par-
tium studia essent inter se diversa, magnaque timerentur
consilii dissidia: Ambrosius illius provinciae Praefectus,
Mediolani cum esset, veritus, ne quid novarum rerum di-
versae factiones molirentur, prope ad Ecclesiam con-
tendit: Vbi (inquit Paulinus) cum alloqueretur plebem, sub-
ito vox ferit infantis in populo sonasse, Ambrosium Episcopum.
Itaque, qui ante turbulentiissime dissidebant, quia & Ariani sibi, &
Catholici sibi Episcopum cupiebant, superata alterutrius ordinari;
repente in hunc unum mirabili & incredibili concordia consen-
sunt. haec Paulinus.
Ambrosius vero repentino casu percussus, ac veluti
improvisis quodam tonitruo terreratus: ut primum

proponit, cum scilicet viribus fractus Firmus legatione
Episcoporum a Theodosio pacem expetit, de quibus
incipit a: Fessus arummi genui praely Firmus, imaq; affluans
corde, ne quid vitiosa rationis omittet, Christiani ritus Antiqui-
tate oratur pacem cum obsequio misit. Qui quonia suscepit lenius,
pollatq; vultu congrua militibus (vt praecipuum est) lata retulere
vissoria: primum muneribus Manius ipse fidelitatis, ad Romanum
perrexit dicit, & quo insidens apto ad amplexus casus. Cumq; propo-
nens fulgore signorum & terribili vultu Theodosio perstritus, tu-
mento desistit, curantq; ceruice, humi pone affixus, tenentem
suum flexiliter inculabat, pacem obsecrando cum venia. Suo capiteq;
cum osculo (quonia id Republicae conducebat) bene tam spem plenam,
sufficiens praebuit alimta; & quibusda propinquis suis ad obsequium
victum relicto, abscessit, captivos, vt spondederat, reddidit, quos
primis tunc ab exordis rapuit. Bithynog, post Theodosium oppidum, cuius
supra locum conditoris, militaria signa & coronam Sacerdota-
lem cum ceteris, quae interceperat, nihil cum latius restituit, vt praeci-
puum est, haec de pace.

Quod spectat ad coronam Sacerdotalem reddita; il-
lic creditur petiosior mita sic dicta, qua in solem-
nitate. ib. funditionibus vti solent Episcopi. Fuit huius Firmi
tyranni frater Gildo nomine, vt Ammianus b atq; Clau-
dianus e testantur: qui tyrannidem fratris collapsam re-
parans, Romano Imp. in Africa negotium facessuit, par-
tesq; Donati vehementer suscipiens, maximo fuit Ca-
tholice detrimto: vnde factum est, vt quidam Dona-
tistarum Episcopus, Optatus nomine, quod palam cum
Gildone loqueret, fuerit cognomento dictus Gildonianus,
sed de his inferius. Finitis vero Firmi ille fuit, vt rursus
tyrannidem exerceans, rursus per Theodosium oppre-
ssus, eo desperationis redditus sit, vt spontaneo nec-
dens collum laqueo, misere vitam finierit. At quid gra-
tiae reddidit sit Theodosio, qui Africam ab infestissimo
tyranno liberavit; audi Orosium d: Post inquit, cum ex-
perientissima prudentia totam cum Mauritania Africam ne-
borem griffima legibus reddidisset: insimulante & obrepente in-
sidia, in fessu interfici, apud Carthaginem baptizari in remissionem
peccatoru praecipuit: & postquam Sacramentum Christi, quod quaes-
tione, assuetus est, post gloriosam saeculi vitam, etiam de vite eter-
nitate securus, percussori iugulum vitro praebuit. haec Orosius.
Quaerit quoque fuisse ad necem Theodosium in-
nuicem eius filium, sed diuina voluntate aneuerit esse
periculum, Sanctus Ambrosius illis verbis testari videtur,
vbi in oratione in funere eius habitata dicit e: Por-
tantur inquam grane Theodosij a iumentis, quando insidiabantur
eius saluti, qui patrem eius triumphatorem occiderant. Fuisse
autem ipsum hoc tempore prima lanugine pubescetem,
Ducemq; Messiae aduersus Sarmatas fines Romani Imperij
inadentes electum, egregiaq; virtute spectatum
ob plures de eis victorias reportatas, Ammianus f affir-
mat: inde vero tantam estimationem rei bellicae ex his
sibi Theodosius conciliauit, vt postea ad subleuandum
collapsam in Oriente Romanum Imperium, Dux & Imperator
a Gratiano electus fuerit, vt idem auctor Zosi-
musq; e testantur. Vnde autem contigerit, vt Theo-
dosius patens post tot praeclearas victorias capite truncatus
sit, & Theodosius filius eodem modo pene periclitatus
sit: neminem inueni, qui tradat. Factum tamen id
existimatur dolis atque insidiis Valentis Imperatoris,
qui post patris factum oraculum, successorem sibi fore, qui
his litens primis, T H E O, concitipuum nomen haberet,
complures (vt vidimus) Theodoros atq; alios his nomi-
ne similes subiecerat quastionibus, ac morte mulcavit.
At vero eo clarior Theodosij filij victoriae aduersus
Sarmatas effulserit, quo reliqua facies Occidentalis Im-
perij lugubrior apparebat: siquidem repentino metu
Quadiac Marcomanni (vt Ammianus h est auctor) Alpes
transgressi Iulias, Opitergium excederunt; A quileiam
vero diutius obfcederunt, parumq; absuit, quin Constan-
tij Imperatoris filia Gratiano nuptura, in villa P. f. n. c. n. s. i.
agens, caperetur a Barbaris. Perseuerasse autem
has clades etiam post obitum Valentiniani,
Hieronymus tradit i.

XXXVI.

Ammian.
lib. 29.
Clau. de
Gildo.

Oros. lib.
7. c. 33.
Hieron.
lib. 29.

Ambros.
ora. in fun.
Theod. in
f. n. c. n. s. i.

Zos. lib. 4.

Ammian.
lib. 29.

Hieron.
lib. 29.